Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



gloria iudeorum qua gloriosi erant in uniuerso
orbe. & pingues carnes eorum tabescent non ha
bentium prophetas. non signa atq; uirtutes.
non presens auxilium dei. non sacerdotii digni
tatem. sed omne corpus gentis eorum emarces
cæ & redigitur ad nichilum. cumq; dicatur
de uocatione gentium. messis multa operarii
autem pauci. illi pauperes messis reliquias
que paplos saluate sunt. & rarissimas spicas
legunt. non de montibus & erectis locis. sed in
ualle raphaim idest in littere uilitate. Et consi
dera qd raphaim qui gigantes interpretantur
supra ephraim phariseos scribasq; significent.
Deniq; lxx pro ualle raphaim uallem durā
interp tati sunt ut duriciam cordis iuda
ici exprimerent. de quorum humilitate eligun
tur. quasi in stipula spice. & quasi in uindemia
racemi qui saluati fuerint. Et sicut excussio oliue
duarum aut trium oliuarum. siue quattuor
aut quinq; Ali Quando enim ex percussio populi iu
deorum oliua illa populi isrl que sub moysen
sex centa milia habuit armatorum. & sub da
uid numerante ioab. innumerabilem populu.